



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 104. Magnus Rhodiorum Magister in Cardinalem nominatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ast ille, si qua fides Historicis quibus-  
dam, ac inter eos Matthæo Boffio Ve-  
rononensi, qui rei interfuit, nullo modo  
adduci potuit, ut ante Pontificem in  
throne sedentem genuflesteret, aut pe-  
des ejus oscularetur. Nihilominus Spon-  
danus testatur, quod quidem osculum de-  
disset, sed tamen cum indignatione pauca  
per Interpretem verba locutus esset; quam-  
vis ceteroquin summi Pontificis Majesta-  
tem summopere admiraretur, a quo eti-  
am perbenigne habitus, ad locum habi-  
tationis suæ, quam in Vaticano habuit,  
dimissus est. Ceterum Principi isti tum  
circiter quadraginta annos nato erat facies  
aspectu ferox ac truculenta, nasus aqui-  
linus, pectus vastum & prominens, ip-  
siusque statura mediocrem longe excede-  
bat.

Sæcul. XV.

A.C. 1489.

*Matth. Boff.**epist. 30.**Raynal. ad**bunc ann. n. 2.**Spond. ibid.**n. 2.*

## §. CIV.

*Magnus Rhodiorum Magister in Car-  
dinalem nominatus.*

Altera post hæc solemnia die decima  
quarta mensis Martii summus Ponti-  
fex supremum Rhodiorum Magistrum S.  
R. E. Cardinalem Diaconum tit. S. Adria-  
ni, atque generalem in Asia sedis Apo-  
stolicæ Legatum creavit, solis ipsius Ma-  
gistro meritis incitatus; quippe non mo-  
do Zizimum Romanum deduxit, sed etiam  
Egypti Sultanum, ut præstito Pontifici  
*Ciaton. &*  
*Onuph. in*  
*Innoc. VIII.*  
*obſe-*

**Sacul. XV.** obsequio Principum Christianorum foede-  
A.C. 1489. ri accederet, permovit. Idem Cardina-

**Bofius tom.** litiæ quidem dignitatis galero, nonnisi ta-  
**a. 6. II.** men die vigesima nona Junii in festivitate

SS. Apostolorum Petri & Pauli decoratus est. Præterea Innocentius in Patrum Se-  
natū Bullam edidit, a cunctis Cardina-  
libus ibidem congregatis subscriptam,  
qua ad quodcunque Ordinis Teutonici  
Beneficium, et si in Curia Romana vaca-  
ret, nominandi jus in Magistrum devol-  
vit, eadem Constitutione declarans, quod  
cuncta Ordinis beneficia antehac jure fi-  
duciario possessa deinceps liberæ Magistri  
supremi dispositioni relicta haberentur,  
nec ullo pacto inter Beneficia Pontifici  
reservata, aut unquam reservanda com-  
prehenderentur. Insuper eidem Magistro  
concessit potestatem, ut arbitratu suo or-  
dinum Militarium S. Sepulchri, & S. La-  
zari beneficia administraret, atque pro-  
ventus perciperet: dein Papa eosdem Or-  
dines militares Religioni S. Joannis Je-  
rosolymitani aggregavit. Hæc Bulla da-  
ta est Romæ die vigesima octava Mar-  
tii. Idem ipse Magister Cardinalis reddi-  
ta pace nil intentatum reliquit, ut Eque-  
strem suam Religionem pristino splendori  
restitueret; quapropter dirutas Ecclesias  
restauravit, ac complura in variis Insu-  
læ Rhodi locis facella erexit, dotavit  
que.

§. CV.